

1741

11 1905

Omnes angelichae gerarchiae et omnes Sancti.

Angeli, Archangeli, Throni et Dominationes, Principatus et Potestates, Virtutes caelorum, Cherubin atque Seraphim, Patriarchae et Prophetae, sancti legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, sancti Confessores, Virgines Domini, Anachoritae, Sanctique omnes, intercedite pro nobis.

V. Laetamini in Domino, et exultate, justi.

R. Et gloriamini, omnes recti corde.

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quaesumus; ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus etiam in tempore hoc largiaris Per Dominum ecc.

4° Domenica di Avvento

Oremus

Excita, quaesumus, Domine potentiam tuam et veni, et magna nobis virtute succurre; ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret. Qui vivis et regnas ecc.

Pro...

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis, ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, Te adjuvante vincamus. Per D. N. J. C. ecc.

Memorare, o piissima Virgo Maria.

Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia, esse derelictum.

Ego tali animatus confidentia, ad te Virgo Virginum Mater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto.

Noli, Mater Verbi, verba mea despicere, sed audi propitia et exaudi. Amen.

Ave

Fiantiquae petis.

Ritiro nel deserto.

Nov. di S. Giuseppe.